Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



piter quia tantum uisibiler pugnat conterit dns.
sed & illud contereit quae nobis sunt. Non aduersum
carnem & sanguinem. sed aduersum principatus &
potestates. & aduersum mundi huius rectores tenebrarum.
Dns autem pomen est illi. & pone est ullae creaturae cuius
dns non sit:. Quadriga pharaonis & exercitum eius
proiecit in mare. electos ascensores ternos strictores
dimersit in rubrum mare:. Fastu uelut potentior
in malitia & regnum nequitiae tenens. quadriga agit.
Non illi satis est uni equo ascendere. sed plures simul
agitat. plures simul plagis tostis uerberis cogit:. Quos
cumque uideris in luxuria turpiores. in crudelitate
seuiores. in auaritia tabiriores. in impietate flagitiosiores.
scito hos de quadrigis ee pharaonis. ipsis sed & ipsos
curru suo subingit. in ipsis fertur & uoluitur. & pastor
scelerum campos effusis eos agit habenis:. Sunt alii
electi ascensores. electi sine dubio ad malitia. sed iam
de ascensoribus supra diximus. Nunc uidem qui sint
terni strictores uideamus:. Mihi uident tesni strictores
procedici. qd triplex est hominib. peccandi uia. Aut
enim in facto. aut in dicto. aut in cogitatione peccat.
& ideo tesni strictores p singulos quosque dicuntur.
quitres istos in nobis peccandi obsedent uices. & spe-
culent semp atque in insidiis agant. ut aut ille ex